BENEDICTIONALE

15. Jh. Seite 9r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=42
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

In die palmarum ad processionem. Circumdede-
runt me. V. Quoniam ... ad stacionem Ingres-
sus pylatus. V. Tunc ait illis. Tunc benedicantur ra
Dominus vobiscum. Et cum spiritu. Oremus. iiij.
Deus quem diligere et amare iusti-
cia est: ineffabilis gratie tue dona
in nobis multiplica. et qui fecisti nos in
morte filii tui sperare quod credimus:
fac nos eodem resurgente pervenire quo
tendimus. Per eundem. Lectio libri exodi.
In diebus illis. Venerunt filii israel in
helym ubi erant duodecim fontes aq-
uarum. et septuaginta palme. et castra
metati sunt iuxta aquas. Profectique
sunt de helym. et venit omnis multi-
tudo filiorum israel in desertum syn. quod est
inter helym et synay. quinto decimo die
mensis secundi. postquam egressi sunt de
terra egypti. Et murmuravit omnis
congregatio filiorum israel contra moysen